



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sancti Gregorii Papæ Primi Cognomento Magni Opera

In Tres Tomos Distributa. Ex quamplurimis MSS. Codicibus emendata ;
Additæ Sunt Quædam Notæ in Dialogos & Epistolas ejusdem S. Gregorii

Gregor <I., Papst>

Lutetia Parisiorum, 1675

Super Epistolam B. Pauli Apostoli ad Hebræos.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-75090](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-75090)

tare: & argue cum omni imperio. Quid est quod doctrinam suam arte tanta dispensat, ut in exhibenda hac, alteri imperium, & alteri patientiam proponat, nisi quoddam mansuetioris spiritus Titum, & ferventioris vidit esse Timotheum? Illum itaque per æmulationis studium inflammat, hunc per lenitatem patientiæ temperat. Illi quod deest, jungit: huic quod superest, subtrahit: illum stimulo implere nititur, hunc freno moderatur. Leni quippe per auctoritatem imperij injungenda erat severitas verbi: is autem qui per spiritum fervebat, per patientiam temperandus fuerat; ne si plus iusto ferveret, non ad sanandum vulnera subjectorum reduceret, sed sana vulneraret. Nam sæpe verba, quæ hunc ad sanandum revocant, alium vulnerant.

CAPUT IV.

De reliquo reposita est mihi corona justitiæ.

2. Tim. 4. b

De fiducia retributionis æternæ. In exp. B. Job. l. 30. c. 12. post med.

Sancti viri quia fideliter Domini præceptis inserviunt, adventum illius spe certa præstolantur: extremum venire iudicium, ostendi celestem patriam, perfolvi præmia iustis appetunt. Sciendum enim est quoddam beatorum mens, quod duriora pro veritate tolerat, eò æternitatis præmia certius sperat: & tantò spes in Deum solidior surgit, quantò pro illo quisque grauiora pertulerit. Labores quippe suos sancti considerantes, mercedem retributionis quærunt: & causæ suæ meritum scientes, præsentiam iudicis expetunt: cumque ut veniat in flamma ignis, dans vindictam impiis, & contemplationis suæ speciem in retributione deferens piis, ardore summo concupiscunt. Labores ergo suos intruens Prædicator egregius dicit: *Ego enim jam delabor, & tempus meæ resolutionis instat. Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi. De reliquo reposita est mihi corona justitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die iustus iudex.* Quia enim contra mala transuentia sine defectu certaverat, de mansuris nimirum gaudiis, sine dubietate præsumebat; ubi & aperte subiungit: *Non solum autem mihi, sed & his, qui diligunt adventum eius.* Ac si dicat: Sed & in omnibus, qui sibi de bona operatione sunt conscij. Adventum enim iudicis non diligunt, nisi qui in causa sua habere se justitiæ meritum sciunt. Nequaquam quippe gaudium, vel corona retributionis de æternitate colligitur, quod non hinc prius pia tribulatione, & labore seminatur. Hinc Paulus ait: *Si commorimur, & convivemus: si sustinemus, & convergnabimus.* Hinc sanctorum gloriam Angelus Joanni indicans, ait: *Hi sunt, qui venerunt de tribulatione magna.* Hinc discipulos Paulus admonet, dicens: *Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei.* Hinc iterum ait: *Non coronabitur, nisi qui legitime certaverit.* Ad coronam enim & ad magna præmia perveniri non potest, nisi per mægnos labores. Quemcumque ergo celestium delectat magnitudo præmiorum, non deterreat certamen laborum.

2. Tim. 4.

Ibidem.

2. Tim. 2.

Apoc. 7.

Act. 14.

2. Tim. 2.

Hom. 37. in Ev. ang.

sub imi.

Finis Expositiones super Epistolam II. ad Timotheum.

INCIPIUNT CAPITVLA DE EPISTOLA BEATI PAULI

Apostoli ad Hebræos.

- 1 Nusquam Angelos apprehendit.
- 2 Adhuc erat in lumbis patris.
- 3 Vivus est sermo Dei & efficax.

- 4 Necessè est exemplaria celestium his mundari.
- 5 Non deserentes collectionem vestram.
- 6 Patres carnis nostra habuimus eruditores.
- 7 Sanguinem asperisionis, melius loquentem quàm Abel.
- 8 Movebo non solum terram, sed etiam celum.
- 9 Iesus extra portam passus est.
- 10 Invisibilem tanquam videns sustinuit.
- 11 Est autem fides substantia rerum.
- 12 Etenim per paucis scripsi vobis.



INCIPIT EXPOSITIO

SUPER EPISTOLAM B. PAULI

Apostoli ad Hebræos.

CAPUT I.

Nusquam Angelos apprehendit.

Hebr. 2. a




NIMPOTENS Deus, sicut ex nihilo bona facere potuit, ita cum voluit per incarnationis suæ mysterium, etiam perita bona reparavit. Duas autem ad intelligendum se creaturas fecerat, Angelicam videlicet & humanam. Utramque verò superbia perculit, & ab ingenitæ statu rectitudinis dejecit. Sed una tegmen carnis habuit, alia verò nihil infirmum de carne gestavit. Angelus namque spiritus est solummodo: homo verò spiritus est & caro. Misertus ergo Creator, ut redimeret, illam ad se debuit reducere, quam in perpetrato culpe ex infirmitate constat aliquid habuisse. Et eò altius debuit apostatam Angelum repellere, quò cum à persistendi fortitudine corruit, nihil infirmum ex carne gestavit. Hinc enim scriptum est: *Nusquam Angelos apprehendit, sed semen Abraham apprehendit.* Idcirco namque Redemptor noster non Angelus, sed homo factus est: quoniam hoc proculdubio fieri debuit, quod redemit: ut & perditum Angelum non apprehendendo desereret, & hominem in semetipso apprehendendo repararet. Est adhuc aliud, quo & perditus homo reparari debuit, & superbiens spiritus reparari non possit: quia nimirum Angelus suâ malitiâ cecidit, hominem verò alienâ prostravit. Humanum ergo genus ad pœnitentiam Redemptoris adventu reducitur: apostata verò Angelus ad restitutionem nulla spe veniæ, nulla conversionis emendatione revocatur. Sic quippe illum perpetratæ superbiæ cæcitas gravat, ut nequaquam ulterius ad lucem pœnitentiæ per divini respectus memoriam resurgat: nec ad veniam cum electis, nec ultra ad illa claritatis intimæ agmina superna redeat.

Quibus ex causis Deus hominem perditum potius, quàm Angelum apostatam reparare disposuit. In exp. B. Job. l. 4. c. 9. prope fin. Eccl. 10. 11. & 12. spiritus hinc inde.

CAPUT II.

Per Abraham Levi decimatus est, adhuc enim in lumbis patris erat.

Hebr. 7. b



Lumborum nomine propago mortalitatis exprimitur, quia seminaria coitus viris in lumbis, fœminis autem in umbilico inesse perhibentur. Hinc est quòd Veritas discipulis dicit: *Sint lumbi vestri præcincti.* Hinc Petrus cum luxuriam à corde restringeret, admonebat dicens: *Succincti lumbos mentis vestræ.* Propter quod etiam & de Levi dicitur, quia adhuc in lumbis patris erat, cum Melchisedech occurrit Abraham. Cum enim Paulus per Abraham

De significatione lumborum. In exp. B. Job. l. 32. c. 11. sub imi. & Hom. 8. in restringeret, admonebat dicens: Succincti lumbos mentis vestræ. Propter quod etiam & de Levi dicitur, quia adhuc in lumbis patris erat, cum Melchisedech occurrit Abraham. Cum enim Paulus per Abraham

sacrificium Melchisedech tempore Levi sacerdotium diceret decimarum, ubi tunc in Abrahæ corpore Levi lateret ostendens, ait: *Adhuc enim in lumbis patris erat.*

CAPUT III.

Heb. 4.

Vivus est sermo Dei, & efficax.

Quam subtiliter cogitationes nostras Deus attendit. *Hem. 21. in Ezec. long. ge post med. & procul à fin.*

ANte omnipotentis Dei oculos, vel quæ benedicta, vel quæ scienter sunt dicta, deperunt. Cum jam non amore Domini, sed intentione laudis transitoria fuerit. Sic etenim sæpe cogitationi bonæ cogitatio sinistra subjungitur, ut vix ipse, qui eandem cogitationes generat, animus agnoscat. Vnde Prædicator egregius, cum loquens subtiliter, diceret: *Vivus est sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio accipiti, & pertingens usque ad divisionem anime ac spiritus, illico subjungit: Compagum quoque & medullarum, & discretor cogitationum. & intentionum cordis.* Distinguit enim sermo Dei compages, & medullas: quia discernit cogitationes, & intentiones cordis. Per compages quippe ossa ossibus junguntur, & sæpe dum quid recta cogitatione agimus, sed in laudis amore subito declinamur; & hoc pro laude facimus, quod prius facere pro veritate cœperamus: quia cogitationes cogitationibus adjunguntur, quasi quædam compages sunt. Sed habent ossa, quæ in compage juncta sunt, etiam medullas. Quod Prædicator sanctus apertius intulit, cum subjungit: *Discretor cogitationum, & intentionum cordis.* Compages enim nostræ cogitationes sunt, medullæ autem intentiones, Etenim aliud cogitamus, & aliud est quod per cogitationem intendimus. Nam si quis proposito nummorum præmio, pupilli vel viduæ causam defendat, & fortasse Ecclesiam ingrediens in suis precibus Deo dicat: Tu vides, quia causam pupilli & viduæ defendo: iste proculdubio quæ cogitat, scit; sed quod intendat ejus cogitatio, ignorat. Aliud quippe cogitat, atque aliud intendit: non enim defensionem pupilli, vel viduæ, sed mercedem nummorum querit. Nam tolle temporale præmium, & pupillum ac viduam non defendit. Sermo namque Dei discretor est cogitationum, & intentionum cordis, quia non aspicit quid apud temeripsum cogitas; sed per medullam compagis, id est per intentionem cogitationis, quid accipere requiris.

Hebr. 4.

CAPUT IV.

Hebr. 9. f

Necesse est caelestium exemplaria his mundari.

Quod oportuit pro homine redimendo hominem sine peccato offerri. *In expos. B. Job, l. 17. c. 18. non procul in pr.*

Quamvis simplici naturæ divinitatis non sit aliud esse, & aliud sapere, & aliud fortem esse: quippe quia ipsa fortitudo, quæ sapientia, & ipsa sapientia, quæ divinitatis essentia est, Dominus tamen diabolum quantum ad faciem spectat, non virtute, sed ratione superavit. Ipse namque Diabolus nulla nos parentis primi radice supplantans, sub captivitate sua hominem quasi justè tenuit, qui libero conditus arbitrio ei injusta suadenti consensit. Ad vitam namque conditus in libertate propriæ voluntatis, sponte sua factus est debitor mortis. Delenda ergo erat talis culpa, sed nisi per sacrificium deleri non poterat. Quærendum erat sacrificium, sed quale sacrificium poterat pro absolvendis hominibus inveniri? Neque enim justum fuit, ut pro rationali homine brutorum animalium victimæ cederentur. Unde ait Apostolus: *Necesse est ergo exemplaria caelestium his mundari:* ipsa autem caelestia melioribus

hostiis quam istis. Ergo si bruta animalia propter rationale animal, id est pro homine, dignæ victimæ non fuerunt, requirendus erat homo, qui pro hominibus offerri debuisset, ut pro rationali peccante, rationalis hostia mactaretur. Sed quid, quod homo sine peccato inveniri non poterat, & oblata pro nobis hostia, quando nos à peccato mundare potuisset, si ipsa hostia peccati contagio non careret? Inquinata quippe inquinatos mundare non posset. Ergo ut rationalis esset hostia, homo fuerat offerendus: ut verò à peccato mundaret hominem, homo, & sine peccato: sed quis esset homo sine peccato, sine ex peccati commixtione descenderet? Proinde venit propter nos in utero Virginis Filius Dei: ibi pro nobis factus est homo. Sumpta est ab illo natura, non culpa. Fecit pro nobis sacrificium corpus suum, exhibuit pro peccatoribus victimam sine peccato: quæ & humilitate mori, & justitia mundare potuisset. Hunc ergo cum post baptismum vidit antiquus hostis, mox tentationibus impetit, & per diversos aditus ad ejus interiora molitus irrepere, est victus, atque ipsa inexpugnabilis mentis ejus integritate prostratus. Sed quia ad interiora non valuit, ad ejus se exteriora convertit: ut quia mentis virtute victus est, eum, quem decipere tentatione non valuit, carnis saltem videretur morte superare: atque, ut ante nos dictum est, permissus est in illud, quod ex nobis mortalibus Mediator acceperat. Sed ubi potuit aliquid facere, ibi devictus est ex omni parte: & unde accepit exterioris potestatem Dominicæ carnis occidendæ, inde interioris potestas ejus, qua nos tenebat, occisa est. Ipse namque victus interioris, dum quasi vicit exterioris. Et qui nos jure debitores mortis tenuit, jure in nobis jus mortis amisit: quia per satellites suos ejus carnem perimendam appetiit, in quo nil ex culpæ debito invenit. Dominus ergo non pro nobis mortem solvit indebitam, ut nobis mors debita non noceret. Antiquus autem hostis per excessum præsumptionis suæ eum etiam perdidit, quem iniquæ persuasionis lege possedit: & dum audacter eum, in quo nil sibi competebar, appetiit, jure illum, quem quasi justè tenebat, amisit. Prudentia itaque non virtute devictus est, qui dum ad tentandum Deum solvitur, ab homine possidendo religatur: ut inde eum, qui sub ipso erat, perderet, unde cum illo, qui super ipsum est, congregandi præsumpisset.

CAPUT V.

Non deserentes collectionem vestram.

Hebr. 10. 4

Qui plenè mortificationem suam appetunt, De serventur. De ferventibus in opere ardiores: laborando non deficiunt, sed magis ad usum labores cresunt: quia quod jam præmia propinquiora considerant, eò in opere delectabilius exsulant. Vnde bene Paulus quibusdam æternam patriam quærentibus, dicit: *Non deserentes collectionem nostram, sicut est consuetudinis quibusdam, sed consolantes; & tanto magis, quanto videritis appropinquantes diem.* Laborantem quippe consolari, est pariter in labore persistere: quia sublevatio laboris est visitatio collaborantis; sicut, cum in itinere comes jungitur, via quidem non abstrahitur, sed tamen de societate comitis labor icineris levatur. Dum itaque Paulus consolantes se in labore quæretet, adjunxit dicens: *Tanto magis, quanto videritis appropinquantem diem.* Ac si diceret: Eò labor crescat, quod jam præmia laboris appropinquant.

Hebr. 10.

ibidem.

CAPUT VI.

CAPUT VI.

CAPVT VIII.

Hebr. 12. c. Patres carnis nostra habuimus eruditores, & reuerabamur eos: nonne multo magis obtemperabimus patri spirituum, & uiuemus?

Ego movebo non solum terram, sed etiam calum.

De flagellis Dei.

Cura Pauli par. 3. c. 13. ante med.

Apoc. 3.

Hebr. 12.

Psal. 133.

Iob. 19.

Ibid. prope finem.

O mnes, quos Dominus in hoc flagellat tempore, eo se debent Dei filios sentire, quod illos castigant flagella disciplinae. Nisi enim correctis hereditatem dare disponderet, eos erudire per molestias non curaret. Hinc namque Dominus ad Joannem per Angelum dicit: Ego quos amo, arguo, & castigo. Hinc rursum scriptum est: Filii, nolite negligere disciplinam Domini, neque fatigeris, cum ab eo argueris: quem enim diligit Dominus corrumpit, flagellat autem omnem filium, quem recipit. Hinc Psalmista ait: Multae tribulationes iustorum. Hinc beatus quoque Job in dolore exclamans, ait: Si iustus fuero, non leuabo caput, saturatus afflictione & miseria. Considerare etiam debemus pro percipiendis hereditatibus terrenis, quam dura carnales filios disciplinae flagella castigant. Quae ergo nobis diuinae correptionis poena gravis est, per quam & nunquam amittenda hereditas percipitur, & semper mansura supplicia uitantur? Hinc etenim Paulus ait: Patres quidem carnis nostra habuimus eruditores, & reuerabamur eos: nonne multo magis obtemperabimus Patri spirituum, & uiuemus? Et illi quidem in tempore paucorum dierum secundum uoluntatem suam erudiebant nos, hic autem ad id, quod utile est, in recipiendo sanctificationem eius. Quos ergo Dominus flagellat, sollicitè patientiae uirtutem studeant seruari: incessanter enim quanta Redemptor noster ab his, quos creauerat, pertulit mala, debent considerare, quod tot abjecta conuictorum probra sustinuit: quod de manu hostis antiqui captiuorum animas quotidie rapiens insultantium alapas accepit: quod aqua nos salutis diluens, à perfidorum sputis faciem non abscondit: quod uocatione sua nos ab æternis suppliciis liberans, tacitis flagella tolerauit: quod inter Angelorum choros nobis perennes honores tribuens, colaphos pertulit: quod à peccatorum nos punctionibus saluans, spinis caput supponere non recuauit: quod æterna dulcedine nos inebrians, in fici sua fellis amaritudinem accepit: quod qui pro nobis, Patrem, quamuis diuinitate esset æqualis, adorauit, sub irrisione adoratus tacuit: quod vitam mortuus præparans, usque ad mortem ipse uita peruenit. Cur itaque asperum creditur ut homo toleret à Deo flagella pro malis, si tanta Deus ab hominibus pertulit mala pro bonis? Aut qui sanæ intelligentiæ de percussione sua ingratus existat, si hinc ipse sine flagello non exiit, qui sine peccato uixit?

Tempestas in mari cum oritur, prius leues undae, & postmodum uolumina majora concitantur: ad extremum fluxus se in alta erigunt, & nantes quosque ipsa altitudine subuertunt. Sic sic nimium extrema illa properat, quae uniuersum mundum subruat, tempestas animarum. Nunc enim bellis, & cladibus quasi quibusdam undis sua nobis exordia ostendit, & quanto ad finem quotidie propinquiores effimur, tanto grauiora irruere tribulationum uolumina uidemus. Ad extremum uero commotis omnibus elementis, supernus iudex ueniens, finem omnium apponet: quia uidelicet tunc tempestas fluctus in caelum lauat. Unde & dicitur: Adhuc modicum, & ego movebo non solum terram, sed etiam calum. Hanc tempestatem sancti uiri uigilanter aspiciunt, & ex his tribulationibus, quae mundum feriunt, præuident quae sequuntur, atque extremi iudicij aduentum in tanta mente considerantes pertimescunt, supernaque maiestatis uim ad iudicium ueniens, & terrorem tanti examinis considerantes, expauescunt. Quomodo autem depresso sunt Dei iudicia eos, qui se eleuant, si & illos ad tempus aliquando deprimunt, qui hæc semper in humilitate formidant? Unde summopere formidandum est nobis illud examen tantæ districtiois. Constat autem, quia in hac uita cum percussione correptio sequitur, disciplina patris est, non ira iudicis; amor corrigentis est, non districtio punientis. Ex ipso ergo presenti uerbere, iudicia æterna pensanda sunt. Hinc etenim perpendere debemus, quomodo feratur illa, quae reprobis, si ferri modò uix ualet ejus ira, quae purgat.

CAPUT X.

Iesus extra portam passus est.

Vaccam rufam à filiis Israël adductam, præcepit Dominus Moysi, tradi Eleazaro sacerdoti, qui eductam extra castra immolaret in conspectu Domini. Quid per vaccam rufam, nisi assumpta ad sacrificium infirmitas Dominicæ incarnationis rubra per cruorem passionis figuratur? Quid est quod hæc vacca ad immolandum sacerdoti traditur, nisi quod incarnatus Dominus, qui pro redemptione nostra sacrificium semetipsum fecit, in Iudaici populi manibus datur? Qui etiam extra castra in conspectu Domini immolatus est: quia uidelicet extra portam passus est. Unde per Paulum dicitur: Iesus ut sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est. Exeamus ad eum extra castra, improprium ejus portantes. Non enim habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus. Idcirco enim extra portam passus est, ut à conuersatione nos uitæ presentis, quasi à ciuitate foras duceret, & à terrena in habitatione cor nostrum auellere persuaderet. In conspectu uero Patris immolatus: quia quod ante oculos hominum poena, hoc ante oculos Patris fuit sacrificium.

CAPUT X.

Inuisibilem tanquam uidentem sustinuit.

Ide Moyses reliquit Aegyptum, non ueritus animositatem regis: inuisibilem enim tanquam uidentem sustinuit. Perversi quippe in actionibus suis uidentur homines, quos corporaliter uident, Deum sibi

CAPUT VII.

Hebr. 12. f. Sanguinis asperersionem melius loquentem quam Abel.

De distantia passionis Christi, & Abel. In exp. B. Iob. 13. c. 8. circ. med. Gen. 4.

DE Abel sanguine dixit Dominus ad Caïn: Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Ipse quoque qui sumitur sanguis redemptionis, clamor est nostri Redemptoris. Unde etiam Paulus dicit: Et sanguinem asperersionis melius loquentem quam Abel. Sanguis quippe Jesu melius loquitur quam Abel, quia sanguis Abel mortem fratricidæ fratris petiit, sanguis autem Domini uitam persecutoribus impetravit. Unde factum est, ut Redemptoris nostri sanguinem, quem persecutores se uidentes fuderunt, postmodum credentes lamberent, eumque Dei filium esse prædicarent.

S. Greg. Tom. III.

De tempestate diuini ex aminis. In exp. B. Iob. 1. 2. 1. c. 17. ante med.

Hebr. 12. 28. 29.

Hebr. 13. e.

Hebr. 13. f.

Ibidem.

Hebr. 11. f.

De fide, & timore Dei. In exp. B. Iob. 1. 19.

presentem non estimant esse, quem non vident. A
Quod contra in laude Moysis dicitur, dum Aegypti regem contemneret, & Dei mandatis obediret: quia invisibilem tanquam videns sustinuit. Perversum quippe terrae principem quasi non vidit, quem ab oculis sui cordis abiecit. Regem verò invisibilem, tanquam videns sustinuit, qui ab ejus timoris intuitu mentis oculum non deflexit.

CAPUT XI.

Hebr. 11. a *Est autem fides sperandarum substantia rerum argumentum non apparenium.*

Definitio fidei. **C**UM hoc Paulus Apostolus dicit, profectò loquitur: quia fides illarum rerum argumentum est, quae apparere non possunt. Quae etenim apparent, jam non habent fidem, sed agnitionem. Nam quod obtutibus humanis visibiliter praesentatur, & potest videri, melius dicitur sciri quam credi.

CAPUT XII.


Hebr. 13. d *Perpaucis scripsi vobis.*

De discreta pastoru praedicatione & humilitate subditoru. **C**URANDUM est pastoribus quantum loquantur, ne si eis, qui multa ferre non valent, verbum vel exhortationis, vel increpationis longius trahant, auditores suos ad fastidium perducant. Unde Praedicator egregius loquitur, dicens: *Obsecro vos, fratres, ut sufferatis verbum solatij: etenim perpaucis scripsi vobis.* Hoc tamen infirmis praecipue congruit, & dicta pauca quidem, & quae capere praevalet, audiant, sed quae mentem eorum in penitentiae dolore conpungant. Nam si eis uno tempore, exhortationis sermo fuerit multipliciter dictus: quia retinere non valent multa, simul amittunt omnia. Si quando tamen sermo prolixior transeat modum suum, hoc auditoribus non est periculosum. Notandum est autem quoddam Paulus, dum mirè Hebraeos admoneret, de magnis, quae dixerat, humiliter sentit, & dicta sua verba solatij vocavit. Auditoribus quidem suis humiliter multa dixerat, sed de ipsa exhortatione humili, placare eos adhuc humiliter satagebat. Ephesius quoque Mileti valedicens, afflictis ac gementibus humilitatem suam ad memoriam revocat, dicens: *Vigilate memoria retinentes, quoniam per triennium nocte & die non cessavi cum lachrymis monens unumquemque vestrum.* Hinc ergo colligat, si quando aliquid rectè sentit, quanta humilitate debeat magistro loqui discipulus: si ipse Magister Gentium in his, quae cum auctoritate praedicat, tam submissè discipulos rogat. Hinc unusquisque colligat eis, à quibus bene viventi exempla percipit, hoc quod bene intelligit, quam humiliter dicat, si Paulus illis humili se voce subdidit, quos ad vitam ipse suscitavit. Cum itaque quaedam facta meliorum deterioribus displicent, nequaquam hoc, quod mentem movet, est reticendum, sed cum humilitate magna proferendum: quatenus intentio pie sentientis, eò verè fervet formam rectitudinis, quò pariter graditur humilitatis. Et liberè ergo dicenda sunt, quae sentimus, & valde humiliter promenda, quae dicimus, ne quae rectè intendimus, haec elatè proferendo non rectè faciamus.

Finis Expositionis super Epistolam ad Hebraeos.

INCIPIUNT CAPITVLA DE EPISTOLA B. JACOBI Apostoli.

- 1 *Apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis.*
- 2 *Quicumque totam legem servaverit, &c.*
- 3 *Si autem frater, aut soror nudi sunt.*
- 4 *Fides sine operibus mortua est.*
- 5 *Quae de sursum est, sapientia primum pudica est.*
- 6 *Petitis & non accipitis, eò quòd male petatis.*
- 7 *Vita vestra vapor est, ad modicum parens.*
- 8 *Quicumque voluerit amicus esse hujus saeculi, &c.*
- 9 *Qui converti fecerit peccatorem, &c.*



INCIPIT EXPOSITIO SUPER EPISTOLAM BEATI Jacobi Apostoli.

CAPUT I.

Omne datum optimum, & omne donum perfectum de sursum est, descendens à patre luminum: apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio.

MNES sancti per naturam in semet ipsis habent mutabilitatem propriam, sed dum immutabilitati studiosè semper inhaerere desiderant, inhaerendo agunt, ut immutabiles fiant. Cumque ad hanc affectu toto se tenent, quandoque accipiunt, ut super semetipsos ducti vincant hoc quòd in semetipsis mutabiles extiterunt. Qui enim mutabilitas nisi mors quaedam est? Quae dum rem quamlibet in aliud immutat, quasi occidit, quod fuerat; ut incipiat esse, quod non erat. Et de Auctore omnium scriptum est: *Qui solus habet immutabilitatem: quia videlicet in semetipso solus est immutabilis, de quo per Jacobum dicitur: Omne datum optimum, & omne donum perfectum de sursum est, descendens à patre luminum: apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio.* Ipsa enim mutabilitas umbra est, quae quasi obscuraret lucem, si hanc per aliquas vicissitudines permutaret. Sed quia in Deo mutabilitas non venit, nulla ejus lumen umbra vicissitudinis intercidit.

CAPUT II.

Quicumque totam legem servaverit, offendet autem in uno, factus est omnium reus.

Vestimento, cum vestimur, ex omni parte circumdamur. Ille ergo ex omni justitia sicut vestimento se bene vestit, qui se undique bono opere protegit, & nullam partem actionis suae peccato nudam relinquit. Nam qui in aliis actionibus justus est, in aliis injustus, quasi hoc latus cooperuit, illud nudavit: nec jam bona sunt opera, quae subortis aliis pravis operibus inquinantur. Hinc enim per

S. GREGORII IN TOMAS